BEDA VENERABILIS. HONORIUS AUGUSTODUNENSIS. VERSUS
Zwettl, Ende 12. Jh. Seite 142v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31712
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



et relinquunt terrena ut nudi xpm sequantur.
Et he oues oes gemellis fetibus. quia doctores
pleni sunt operibus gemine karitatis. et isteri
lis non est in eis. quia nullus est in doctoribus ua
cuus a bonis operibus. Sicut cortex mali pu
nici gene tue: hene ecclesie: sunt continentes.
peccare erubescentes. quia sicut cortex ma
li punici. nimium rubicundi. quia non solum
de propriis. s; et casti erubescunt de peccatis alie
nis. Ita appares coram hominibus exterius. absq;
occultis tuis. i. absq; karitate que latet
coram me interius. Post quam rex acies ar
matas laudauit. in laudem regine pro
rupit dicens. Sexaginta sunt regine:
et octoginta concubine: et adolescentularum non
est numerus. Vna est columba mea perfecta
mea. una est matris sue electa genitricis sue.
Salemon rex sapientissimus et ditissimus. erat
amator mulierum fortissimus. Hic habuit
trecentas reginas et quadringentas concubinas.
inter quas reginas erant ut creditur. lx. no
biliores et aliis digniores. quas ad comparationem
aliarum solas uocat reginas quas et hic miste
rii gratia introducit. et item inter concubinas
lxxx aliis digniores et genere et gratia. quas so
las hic significationis causa ponit. Por
ro inter reginas una erat aliis prestantior.
et generositate et dignitate: que regina
reginarum dicebatur. que filia pharaonis
non incongrue putatur. quam et hic ad litteram lau
dare creditur. Hanc coronatam precedentem re
gine. et concubine. et filie laudauerunt dicentes.
Que est ista que progreditur quasi aurora con
surgens. pulcra ut luna. electa ut sol. terri
bilis ut castrorum acies ordinata. Per hoc in
telligitur cum multitudine armatorum

processisse. Trecenti enim leguntur cum aureis scutis.
regem et reginam semper precessisse: et supra scribuntur
lx. fortes armati. lectum salemonis custodis
se: His omissis. allegoria ad medium deducatur.
Dauid qui semper fuit in bellis. expressit figuram
xpi hic pro ecclesia pugnantis. Salemon uero qui
semper fuit in quiete pacis. figuram gessit xpi.
in celis regnantis. Qui templum fecit in quo
reginam austri recepit. quia xpc in celo preparauit
domum. in qua ecclesiam recipiat. Salemon
quod sonat pacificus. est xpc. pater futuri seculi. princeps
pacis. et pacis eius non erit finis. Salemon
erat amator mulierum multarum. et xpc est ama
tor animarum multarum. Hic habet lx. reginas. et
lxxx concubinas. hoc est omnes animas perfectorum in con
templatiua uita. et omnes animas imperfectorum in ac
tiua uita. Hic quippe duo numeri pro mysterio
ponuntur in hoc cantico. quorum unus est perfectus.
et alius imperfectus. et significat perfectos et imper
fectos in ecclesia. Sexagenarius et enim est perfectus.
quia constat suis partibus. ut supra dictum est. et sig
nificat perfectos. octogenarius uero est imperfectus.
quia non completur suis partibus. et ideo significat
imperfectos. Sexagenarius quoque personarium.
et denarium multiplicatur. quia sexies x. aut de
cies vi. fiunt lx. Qui numerus. significat
omnes qui sunt perfecti in vi. operibus euangelii. in
decem preceptis legis. Horum anime dicuntur
regine. quia sponsum xpm pro celestibus diligunt.
et he regni coheredes erunt. Octogenarius
uero numerus per octonarium et denarium multi
plicatur. quia octies decem. vel decies octo. fiunt
lxxx. Qui numerus carnales designat de
calogum legis. propter seculares dignitates et di
uitias mundi obseruantes. que in quatuor
mundi plagis et in quatuor elementis con